



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||

Grégoire, Pierre

[Frankfurt], 1595

VD16 G 2996

24 De primitiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

- sursum in aërem eleuantes, ut ait Iacobus A g* ut Paralipom. i. cap. 29. Deuter. 25. dict. cap. unico §. soluetur autem, ca. de redditibus 12. questio. 2. cum simil.
- b** 1. Paralip. c. 29. vers. 14. & D. Iacob c. 1. omne bonum optimum de sursum descendens a patre luminum. Et Diuus Paul. 1. ad Corinth. cap. 4. quid habes quod non accepisti, &c. & vere non est bonum quod Deus non det, ut ait Plato, in Eutypbrone.
- c** ca. in canonibus 57. 16. q. 1. can. quia sacerdotes, 13. 10. quest. 1.
- d** ca. duos sunt, 7. §. fin. 12. q. 1. de laicis dicitur, his concessum est uxorem ducere, terram colere, inter virum & virum iudicare, causas agere, oblationes super altari ponere, decimas reddere, & uta saluari poterunt, si via tamen benefaciendo evitarent. facit ad idem. dict. ca. in canonibus, 16. quest. 1. Ideo non meretur oblationes accipere, quin nec pro se, nec pro aliis preces possint offerre. ca. j. 10. q. 1. Iussu & Christus offerri sacerdotibus munera, profanitate recepia corporis apud S. Matthaeum c. 8. Exstant hodie vestigia istius testificationis apud Christianos in edibus sacris, in quibus suspenduntur donaria imaginum argentearum, vel aurearum, vel ceram magnum, pedum, oculorum, & similium, pro aegritudine membrorum concessa. Quemadmodum legimus annos & mures aureos factos, & oblatos Domino, & coram arcum positos ab Azotis, ut fanarentur a morbis, quibus percuti erant a Deo in secretioribus partibus natum, & ut liberarentur a muriibus, qui Philistinos vastabant, ad vindictam retentionis arca Dei, 1. Regum, cap. 6.
- e** ca. pro obeuntibus, 21. & ca. anima defunctorum, 22. & ca. tempus. 23. 3. q. 2. Sic Tobie 4. panem tuum & vinum tuum, super sepulturam iusti constitue, & nolle ex eo manducare & bibere cum peccatoribus, item de oblationibus pro mortuis vulgare, 2. Macha, cap. 12. vers. 43. &c.
- f** c. unico, §. soluetur autem decima, de decimis in Extrauagan. communib.
- g** vi Paralipom. i. cap. 29. Deuter. 25. dict. cap. unico §. soluetur autem, ca. de redditibus 12. questio. 2. cum simil.
- h** can. nemo, de consecrat. dist. 1. Vlpianus in l. si pons fons sponsa, 5. §. proinde, de donat. inter vir. & uxor. lib. 24. P. tit. 1. meminit de Deo datis & consecratis, & de oleo ad sacra dato.

DE PRIMITIIS.

ATIT. XXIII.

- a** De his in lib. 3. Decretal. tit. 30. & lib. 3. Sexti. tit. 13. & lib. 3. Clem. tit. 8. tota 13. quest. 1. can. 1. 16. q. 7. cum simil.

CAPUT I.

1 Primitiae quid.

2 Divisio.

Primitiae Ecclesiasticae, a sunt partes ex rebus, quæ primum natae vel collectæ sunt, Deo oblate, antequam vobis nostris, quæ eiusdem generis sunt, deputentur. b Possunt distingui primitiae ad eum modum, quo decimæ, de quibus paulo post agemus, in personales, prædiales, & mixtas. c

SCHOOLIA.

- a** c. causa Carpensis, de verbor. sig.
- b** nos tradidimus hanc finitionem, li. 2. Synagm. c. 10. Dicta a primo primitie, ut primogenitus is, quem nemo alius etiam sequitur. c. Ioseph, de verbor. significa, l. ex duobus, de vulga. & primitia dormientium, i. ad Corin. ca. 5. dicuntur Græcis ἀπαρχὴ καὶ ἀπάρχυματα, ex δοῦναι αρχῆς quod ab initio solvantur. dicuntur & veleti antecedentia ἐνώπια, in ca. 4. Apostolo. fructuum autumnalium primitie.
- c** vide que dicemus proximo titu. in decimis.

CAPUT II.

De quibus solvantur primitia.

Primitias sibi præstari Deus postulauit, de frugibus, a & de aliis, b de hominibus etiam & animalibus primogenita. c

Y 2

S C H O L I A .

- a c. 1. de decimis, obtulit ita Abel de pecori-
bus: Cain, de frugibus Genes. 4.
b Exod. capite 25.
c in eodem libro Exodi cap. 13.

C A P V T I I I .

A quo iure praecepta primitia.

Inter iuris pontificii interpretes placuit aliquibus, ex præcepto diuino deberi primitias, a verum alii, quos communis opinio sequitur, præstationem primitiarum de præcepto esse dicunt in duobus casibus: nempe si sit consuetudo soluendi, & quando ministri Ecclesiæ evidenter indigerent, destituti alio subsidio: aliter autem esse de consilio, b quod & mihi magis placet, & receptum video. c

S C H O L I A .

- a Glossa & Panor. & Innocentius, ad c. 1. de decimis, & ibi textus etiam; conuenit & can. reuerumini, 6. q. 1. Sic & dicuntur præstante ex iure diuino, Exodi 22. Leuitici 27. Numerorum 18. Deut. c. 3. & 14. 2. Paralip. 22. vide Diuum Thomam de hac questione, 2. 2. q. 86. arti. fin.
b Alexander de Ales in 3. parte Summa, & D. Thomas supradicto loco. 1. 2. q. 86. ait primitias ex præcepto legis Mosaicæ, præstitas pro singulari beneficio concessa populo. Sicque in ea lege statutum erat, ut populus offerens diceret, profiteor coram Domino Deo, quod ingressus sum terram, pro qua iurauit patribus nostris, ut dare et eam nobis, atque pertinere ait ad ius naturale, quod quis profiteatur se a Deo fructus terræ percipere, secundum id quod scriptum est 1. Paralip. c. fin. quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Quia Deo tene-
mur exhibere id, quod præcipuum est, id est, tenemur ad exhibitionem primitiarum. Ceterum quod talibus vel certis per-
sonis exhibeantur, vel primi fructus, hoc fuisse in veteri lege determinatum: in noua

A per Ecclesiam, ex qua obligamur, ut pri-
mitias soluantur secundum consuetudinem patriæ & indigentiam ministrorum Ec-
clesia, & ita dari primitias per modum ob-
lationis, de cuius ratione est quod sit, ve-
luntaria. Ideo si consuetudo Ecclesia sit ut
non esset memoria eas petitas fuisse, non
debent nec possint peti, ut scribit Henric.
Bohie. ad c. 1. de decimis. Et ita non soluen-
tes qui alias non soluerint, per consuetudi-
nem liberantur a peccato mortali, & ibi-
dem hoc notat Panor. argu. cap. 1. de Po-
stula. prala.

- c facit cap. 25. Exod. perpendendo, quod in eo dicitur vers. 2. loquere filii Israël ut tol-
lant mihi primitias, ab omni homine:
qui offert vtroneus, accipietis eas, ver-
bū enim vtroneus, indicat sponte dantes.

C A P V T I I I I .

*De modo soluendarum primitiarum,
tempore & quantitate.*

P Roinde, quantum, vel quomodo, quo-
ue tempore, soluendum sit, primitiarum nomine, definiri non potest: sed ad consuetudinem loci recurrendum. a Et si magna penuria sit curionis in loco, vbi nō est consuetudo, inspicienda erit consuetudo vicinioris loci, si qua sit: b quod si vici-
norum locorum diuersæ sint consuetudes, eligenda mediocritas. c Ex traditione porro Hebræorum & arbitrio magistro-
rum, non tamen ex præcepto legis: qui plurimum primitiarum nomine dabant, quadragesimam partem dabant sacerdo-
tibus: qui minimū, sexagesimā: inter quadra-
gesimam vero & sexagesimam, licebat
quodcumque quis voluisset offerre. Et ita
quod dubium in Pentatheuco erat reli-
ctum, fuerat definitum ad certū modum
propter sacerdotum auaritiam, ne amplius
exigerent in primitiis soluendis. d

S C H O L I A .

- a nam parvam fuisse primitiarū quantitatē,
Hieronymus testatur in car. reuertimini 16.

q. 1.

q. 1. Optima autē legum interpres confue- A
tudo, ca. cum dilectus, de consuetud. l. si de
interpretatione de legi. P. Seruatur alicu-
bi, ubi exiguntur primitiae, ut non statim
fructibus maturis cogatur curio primitias
accipere, ne qui debent, teneantur decem
diebus seruare apud matrem, id est intra
spicam, quæ mater grata est, gloss. in l. sti-
pulatio ista 38. §. inter certam, ad verb. in-
certamque, de verb. oblig. sicuti in primi-
tiis & decimis vitulorū & agnorum, tem-
pus in solutio[n]e sp[ecie]lādum, si sacerdos ve-
lit expectare, tandem quandiu periculum
potest esse eos perituros, si separarentur a
matre. Oldra. confi. 236. incip. circa pro-
positam questionem.

b vi in c. cum olim, de consuetud. canon. Ca-
tholica 11. distinct. cap. super eo, & cap. ex
parte, de censib. l. de quibus, de legib. & ita
iudicatum refert Boetius. decis. 236. num.
5. vbi & disputatur, quot aclusus requiran-
tur ad introducendam talem consuetudi-
nem. & nn. 6.

c ca. hoc ius 10. q. 2. vel quod & minimum,
ut ait Ioannes Andreas ad c. in obscuris de
reg. sur. in Sex. Sic quando agitur de auar-
itia cleri, res contra clericos ad minimam
summam reducenda est, ut euitentur in il-
lis auaricie suspicio. c. quanto, de censibus,
vide can. fin. 17. q. 4. & de auaritia sacer-
dotum in can. diaconi 93. distinct.

d cap. 1. de decimis, ex disio Hieronymi. super
Ezechielem, & Innocentius 3. dixit de-
terminationem de sexaginta ad quadra-
ginta disti capitib. 1. de decimis, habere lo-
cum in liquidis & aridis: vt & notat gloss.
ad can. Ecclesiastis, ad verba & primitias,
13. qu. 1. alioquin standum consuetudini,
que si non existeret, standū opinioni soluen-
tis. Addit & Hugo in gloss. disti cap. 1. de
decimis, primitiarum nomine ibi non esse E
intelligendum, quod prīmogenitum ex a-
nimabib. detur Deo, sed dari de ducen-
tantum unum loco primitiarum, & si
quis tot capita non habeat tunc soluere de-
bere estimationem secundum quantita-

tem illius numeri. Adde quod olim etiam
primogeniti poterant redimi a sacerdott-
ibus. Exod. 13. vt & decima. Leuit. 27.

C A P V T V.

Cuius sint primitiae.

O fferuntur quidem † Deo primitiae. a 1
Sed quia ipse dedit partē suā sacerdoti-
bus & Leuitis cultui diuino inseruienti-
bus: b nunc, si quando soluendae sint, de-
bentur curioni seu proprio sacerdoti: aut
clericis, qui pro offerentibus preces fun-
dunt. c

S C H O L I A.

- a Exod. 23. ibi, tollant mihi primitias. Ge-
nes. 4. Malachia 3. cap. renertimini 16.
quæst. 1.
- b can. Ecclesiastis §. 1. 13. q. 1.
- c dist. ca. Ecclesiastis. §. item cum decimis 13.
q. 1. canon. doctos, canon. moderamini 16.
quæst. 1. canon. præter hoc 6. §. præcipien-
tes, vers. deinde 32. dist. vide ca. 4. Aposto-
lorum, & libr. 8. constitutionum Aposto-
licarum apud Clementem. cap. 36. vbi di-
nus Matthæus; præcipio, inquit, omnes
primitias adferri episcopo & presby-
teris & diaconis ad victimum ipsorum. Et
Numerorum cap. 5. & Deuter. capit. 26.
iussit dominus afferri in domum sacerdo-
tum primitias, quis autem primitias paro-
chiae percipere debeat an prior vel rector
perpetuus, vide ea que dixi. libr. 2. Syntag-
matis. cap. 19. nn. 3.

C A P V T V I.

Quare soluantur primitiae.

P Rimitiarū solutio, † honorem Dei ante
oculos præcipuum habet, cum gratitu-
dine animi rerum prospere datarum. Iu-
cundiora in expectatis diu & quæsitis, pri-
ma, quæ cum Deo consecrantur, Deum
vt Dominum & largitorem honoramus. a

S C H O L I A.

- a Prima magis nos delectant, ut ait Aristote-
tel. 5. polit. c. fin. & scribit Plinius lib. 18.

T 3

*capit. 2. non gustasse vina aut nouas fruges A
Romanos Ethnicos, priusquam primitias
sacerdotes libassent. Et Porphyrius. libr. 1.
de abstinentia animalium, ait, primitias
animalium & frugum antiquitus Deo ob-
latas. Solebant & Indorum mulieres, ut
scripsit Paulus Fagiis, ad ca. 5. pirke abot,
seu capitulorum patrum, ^m chala, id est
placentia, quae ex massa farina piste sumi-
tur, Deo offerre in primitiarum modum.
At quenunc cum templo careant, tamen B
ex massa solent illam placentam & igne
comburere, benedicentes in nomine domini
dicendo, Benedic tu Domine rex
mundi, qui sanctificas nos, & præcepisti
nobis separare pastam de terra. Vi-
deatur & de hoc ipso Plutarchus sensisse lib-
bro de fortitudine, morem quoque fuisse
gentium, dum scribit, ⁿ πνεύματα τοιαῦτα
ιμβάσσουσι, id est, igni primitias ince-
runt. neque etiam Ethnici quicquam vi-
debatur religiose factum, nisi libatum ex
re Deo fuisse. Eoque spectat quod tradit,
Hesiodus 2. operum & dierum, Μηδούν
χρεούσθω ἀντίπειλον ἀνέψυκτον, id est,
neque a pedatis ollis nondum delibati,
comedas.*

DE DECIMIS.

A TITVLVS XXV.

*a Tractatur lib. 3. Decretalium, tit. 30. lib. 3. Sexti,
tit. 13. lib. 3. Clemen. tit. 8. & 13. quæst. 1. can. 4. se-
quen. 16. quæst. 7. can. 40. de consecrat. diatribæ. s.
& alibi, apud nos, libr. 2. Syntagma iuriis agimus,
etiam de decimis. tit. 20.*

CARVT I.

- 1 Continuatio.
- 2 Et finitio Decima.
- 3 Et diuisio.

*Q Via & inter bona Ecclesiæ † decimæ
sunt, & de his nunc agamus.*

*2 Decima generaliter, † nihil aliud est,
quam pars decima ex aliquibus, qua subla-
ta relinquuntur alia nouem. b*

Quia vero hæc finitio generalis est, † di-
uidemus decimas in prophanas, & ecclæ-
siasticas. Prophana decima fuit quoddam
genus tributi a laicis & secularibus domi-
nis impositi, & de qua hic non agemus. Ec-
clesiastica decimæ rursus triplices. Aliae
enim sunt, quæ ex rebus Ecclesiæ, vt ex fru-
ctibus beneficiorum præstantur personis
nō Ecclesiasticis: puta principibus ad bel-
lum sacrum, vel ob aliam causam a summi
Pontificis auctoritate probatam, & idque
ex priuilegio extraordinario. Quare & in
eo cauendum, ne ex eo Ecclesiæ grauen-
tut, & modus ideo exactoribus imposi-
tus est. ^f Aliæ erant decimæ, quæ a Leuitis
soluebantur sacerdotibus: ^g que in admo-
num inter Christianos aliquando Episco-
pis ex oblationibus, primitiis, & decimis
beneficia soluebant quartam partem, & vel
aliam, pro locorum consuetudine, & quæ
& in quarta soluenda, ^k vtr & præscriptio. ^l
Nam certæ rationes possunt esse, quibus
ea præstatut Episcopis, quæ aliquando cel-
fare possunt alicubi. ^m Huius speciei deci-
marum aliquam similitudinem referunt
annatæ, quæ exiguntur a summo Pontifice
de beneficiis ab illo impetatis: nempe e-
molumenta seu fructus beneficiorum va-
cantium unius anni, quæ percipiuntur a
summo pontifice pro Ecclesiæ Romanae
necessitatibus releuandis, prout sibi refer-
uavit, & camera apostolica Ioannes 22.
pontifex. ⁿ Aliæ sunt decima, quæ solvi
debent a populo sacerdotibus & personis
Ecclesiasticis, de quibus institutus est ser-
mo. Et istæ sunt decimæ omnium bono-
rum legitime quæsitorum, quota pars Deo
diuina constitutione debita, & tributa ani-
marum egentium. ^p

Harum decimarum † tres sunt species, ^q ^r
personales, prædiales, mixtæ. Personales
dicuntur, quæ soluuntur ex fructibus, lu-
cro, & de rebus industria personæ, vel arti-
ficio, negotiacione, & similibus quæsitis. ^r
Prædiales, quæ ex fructibus prædiorū de-
bentur, vt ex vino, frumento, & aliis frugi-
bus.